



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118650

§. 41. Nicolai Cajetani Cardinalis obitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

Sæcul. XVI. byter Cardinalis tit. sancti Stephani,
A.C. 1585. V. Dominicus Pinellus, patria Genuensis,
 Firmanus Episcopus, Presbyter tit. sancti Laurentii in Perna, postea
 sancti Chrylogoni, & denique sanctæ Mariæ Transtyberin, dein vero evasit
 Ecclesiæ sanctæ Mariæ Majoris Archiepresbyter, Ostiensis Episcopus, ac sacri
 Collegii Decanus. VI. Hyppolitus de Rubeis ex Parmensi Ducatu oriundus,
 Ticini Episcopus, Presbyter Cardinalis tit. sanctæ Mariæ in Porticu,
 postea sancti Blasii. VIII. Decius Azolinus Pisanus, Cervienfis Episcopus,
 Presbyter tit. sancti Matthæi, & Archiepresbyter sanctæ Mariæ ad Præseppe.
 VIII. Denique Hyppolitus Aldobrandinus, Florentinus, Presbyter Cardinalis
 tit. sancti Pancratii, Major Poenitentarius, ac Poloniæ Legatus, qui
 postea in summum Pontificem electus, Clementis VIII. nomen assumpsit.

§. XLI.

Nicolai Cajetani Cardinalis obitus.

Ciac. tom. 3. pag. 642.
Scipio Ammirat. hist. Florent.
Aubery vie des Card. t. 6. Ughel Ital. Sacra.
 Hi octo Cardinales quodammodo septem Cardinalium, qui hoc anno defuncti sunt, jacturam compensabant: hos inter autem primus erat Nicolaus Cajetanus nobilis Romanus, Camilli Cajetani Ducis Sermonettæ, & Flaminiae Sabelliae filius, qui die vigesima

fima quarta Februarii anno Salutis no- Sæcul. XVI.
 stræ millesimo quingentesimo vigesimo A.C 1585.
 sexto natus anno ætatis suæ decimo a
 Paulo III. Papa, dum tertia vice Car-
 dinales creaverat, anno Christi millesi-
 mo quingentesimo trigesimo sexto ad
 purpuram Romanam destinabatur, quam
 tamen nominationem idem Pontifex in
 pectore, ut inquit, absconditam te-
 nebat, ac primum die decima tertia
 Maji Anno Domini millesimo quingen-
 tesimo trigesimo octavo promulgabat,
 ubi Nicolaus Cardinalibus Diaconis ac-
 censebatur, adjecto titulo sancti Nico-
 lai in carcere Tulliano, quo tamen di-
 misso Cardinalis Presbyter titulo sancti
 Eustachii nominabatur. Regnante de-
 mum Pio IV. administrabat Ecclesiam
 Capuanam, Compsanam, & Bisianen-
 sem in Regno Neapolitano, & Coroso-
 potensem in Ducatu Britanno: demum
 vero Legationis munere functus est
 apud Cæsarem Carolum V. & Fran-
 ciscum I. Gallorum Regem ad sedan-
 dum bellum, quo tota Etruria ardebat
 ob Senarum Urbem: præterea erat Re-
 gni Scotiæ patronus, cum Maria Stuar-
 ta Scotiæ Regina in Anglia injusto car-
 cere cruciaretur, & hæretica labes in
 Scotia grassaretur impune adeo, ut Ca-
 tholici Præsules ob Catholicæ fidei pro-
 fessionem pulsi solum vertissent: porro
 hos

Sæcul. XVI.
A.C. 1585
hos exules omnes benevolentia, studio, ac prudentia protexit, & illis necessaria ad vitam suppeditari curavit. Interfuit is septem Pontificum Comitibus, in quibus videlicet Julius III. Marcellus II. Paulus IV. Pius quoque IV. & V. Gregorius XIII. ac Sixtus V. eligebantur, tandem Romæ die prima Maji e vitamigravit, anno ætatis suæ quinquagesimo nono unacum duobus Mensibus, septemque diebus, sepultusque est in templo Lauretanæ Virginis. Hic idem Capuæ provincialem celebravit Synodum, ibidemque Seminarium erexit.

§. XLII.

Guidonis Ferrerii Cardinalis mors.

Ciac. p. 965.
Giuff. vit.
S. Carol.
Borr. Aubery l. c.
Alter erat Guido Ferrerius Sebastiani Vallete Laco-Vallonis, & Magdalenæ Borromææ Filius, natus Vercellis Mense Augusto Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo trigesimo septimo, cujus Mater, quæ Matrona erat virtutum exemplo celeberrima, jamjam ætate provector, suæque Marito orbata unice in id incubuit, ut tres suos filios adhuc superstites Philibertum, Fridericum, & Guidonem in omni virtutum genere educaret: horum duo primi cum in sua adolescentia sine posteris decederent, illis Guido in Laco-Vallonis Machionatu, aliisque